Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uedo quem inconsulta sagi
na contulerat. offeratur
dyabolo deuoranda. Isto con
silio inimici. quo isti hec fa
ciunt. ipso consilio ad uitam
eternam euntes dei martires
reuocantur: qui ut uitam
paucorum dierum uiuant.
docentur perpetuos cruciatus
incurrere. et mortem perpe
tuam que specialiter metu
enda est non timere. Hoc
loco forte illud opponitis:
quare christianus tormenta non
metuat et presentis non ter
reatur pena tortoris? Ideo
non frangitur metu. ideo
dolores non pertimescit. quia
scit se unius doloris precio
perpetue sanitatis gaudium
emere. et per momentaneam
tribulationem ad perpetuam
felicitatem et sempiternam
leticiam peruenire. Sed si ex
toto a quibusdam timendus
sit dolor. timendus sit car
nifex. timenda quoque sit
noua et exquisita pena tor
toris. que magis timenda.
que magis fugienda et ca
uenda. ista que hodie exar
descit. et cras euanescit. ista
que sub hora inducitur. sub
hora excluditur. an illa que
nullo fine concluditur. nul
lo tempore finitur. nulla proces
sus consumitur uetustate.
Nam iste dolor aut leuis
est et potest tolerabiliter susti
neri. aut grauis est et cito
glorioso certamini afferet fi
nem. Ille autem penarum dolor
et cruciatus incendium. qui
huius uite amatoribus da
tur: cum uehementior uniuer
sis tormentorum generibus numquam
finiendus aggreditur. et acrius
subinde quam inchoauerat se
uit. et nullius seuiendi ter
minus. nullus omnino finis oc
currit. sed habent secum diuisa
suppliciorum genera. que sub
inde renouantur ut seui
ant. augmentantur ut excruciant.
inflammantur ut excrucient
hic ergo ab hoc initio quos